

Gr. c B. 53

Beifu. Sammelbd.

Photograph
B. 47.

Jah

כְּבוֹרוֹת חָלִילִין

PROGRAMMA,

in quo
de
Natura & Ingenio
differit, simulq; ad
Actum

PROGYMNASMATICO- GNOMICO-VALEDI- CTORIUM,

Quem optimæ indolis atque spei Adolescentes:

MATTHIAS JOACHIMUS SOMMER, Wilstria-Holsatus.

GEORGII NICOLAUS EGGRS, Lunæb.

PETER PETERSEN, Husumo-Holsatus.

GOTTOFREDUS WILHELMUS WARNCKE, Lunæb.

HENRICUS WILHELMUS WESTING, Lunæburgensis.

JACOBUS ALLERS, Hamburg.

die IX. Martii statis horis in superiori
Auditorio habebunt,

Omnes Omnia Ordinum hujus Civitatis

VIROS HONORATISSIMOS

**DOMINOS PATRONOS, FAUTORES,
ET AMICOS,**

Qva decet, submissione ac humanitate

invitat

Paulus Kraut/Scholæ, qvæ est ad Div. Joh. Rector.

LUNÆBURGI, Typis JOHANNIS STERNII.

PROGRAMA

der

ab

Mitras & Jugeo
ba flumina
maris

PROGYMNASMICO GNOMICO AVALEDI CATORUM

Quem opibus inobis si ad ipsi Adolefus
MATTHIAS LOVCHINUS SOMMER. WILHELM HOFMANN
GEORGEN MCCOLAN DOBRS. LINKE
HETK PITTEN. HANNES WERNER. FISCHER
DOROTHEA MATHILDE WERNER. FISCHER
HENRIETTE MATHILDE WERNER. FISCHER
JACOBUS VELIERS. HANNING

gic IX. Maleti hatis pone in Upejou

Anthonio Falsonae

Quies Othniel Othnielius Julianus G. Alacis

AROS HONOR. TASSIMOS


DOMINOS PATRONOS, FAUTORES

ET AMIOCO

Quae decet in primis oboe sonantibus

Salutis Regis Scholae, duxit a Diu. Iop. Rego.

Salutis Regis Scholae, duxit a Diu. Iop. Rego.



* * *

Ria, quemadmodum cujuscunq;
rei; sic in primis virtutis descendæ &
sapientiæ esse principia, qvorum
unum atqve alterum si desit, nihil
seqvi posse perfectum, Naturam
scilicet, Institutionem & Exercita-
tionem, præter Aristotelem, Plato-
nem & Plutarchum viri literis

Græcis pariter ac Latinis doctissime eruditæ docuere
qvamplurimi alii. Etenim Natura, ut doctrinæ honesta-
rumq; rerum, qvæ animi gerunt, semina excitentur, ho-
minem disponere: Institutio deinde illa ipsa excitare:
Exercitatio deniq; actibus s̄p̄ius repetitis aliquarum rerum
promte & cognoscendarum & agendarum facultate in-
struere Naturam debet. De postremis duabus partibus
alio tempore est à nobis actum, prolixeq; qvām neces-
sariæ illæ sint, demonstratum. Nunc igitur, ne prima re-
linqueretur intacta, oblata rursum occasione, de eadem
qvoq; qvid sentiremus, exponere breviter placuit.
Non autem tam ob causam in ultimum, qvæ jure suo

A 2 primum

primum sibi vendicat, illam locum rejecimus, qvod cœ-
teris eam postponendam duxerimus; sed qvia hunc ser-
vari Ordinem instituto nostro visum fuit accommoda-
tius. Appellamus vero Naturæ nomine hominis inge-
nium, qvod ad excogitandum inveniendumqve celeres, ad
judicandum acutos, ad explicandum uberes, ad memo-
riam firmos atqve diuturnos, ad reddendum deniqve
promtos motus habet. Ac horum sane magnam in ho-
minibus varietatem licet atqve diversitatem deprehen-
dere, ita qvidem, ut pauca admodum reperiantur, qvæ
omnibus hisce in excellentiore gradu sint dotibus prædi-
ta atqve ornata. Hunc enim videoas summa intelligen-
di ac qvæcunque facilime apprehendendi facultate esse
præditum; illum judicandi, qvi qvidem aliqua cum cun-
stacione intelligat; intellecta vero optime componat,
dividat atq; applicet: in hoc phantasiam excellere in alio
vero memoriam vigere, nec pati facile imagines sibi credi-
tas effluere atqve elabi. Adeo dissociantur illæ dotes, nec
in omnes tām liberalis est mater omnium rerum Natura,
ut, si cui unam vel alteram largitur, continuo omnes ei
simul donet. Qvod discrimen, si uspiam, sane in duabus
præstantissimis humanae mentis facultatibus, in Intellectu
& Judicio cernere atq; animadvertere licet. De qvo Ma-
ximus Tyrius, Platonicus Psiilosophus sub initium trigesi-
mæ quartæ Dissertationis plerumq;, ait, id evenit homini, ut
qvo fecundiore sit ingenio (intellectu) eò minus valeat judicio.
Qvod ipsum inverlo qvoq; ordine verum esse dudum do-
cuerat Magister ipsius Plato in exto de Rep.; Ita Aristoteles
inter

inter subtilium imaginum inventores Democratem re-
censet, quem tamen tenuis admodum judicii fuisse Plu-
tarctus arguit in Praeceptis Reipublicæ gerendæ; qvi-
pe excogitare argute dicenda poterat; sed tempestive il-
la adhibere ignorabat. Qvantacunq; autem ingeniorum
sit varietas qvamq; diverlæ illorum dotes: ad liberales
tamen artes probe addiscendas ingenium, si non in sum-
mo, certe in mediocri aliquo reqviri gradu tam est certum,
qvam qvod certissimum. Ac profe&to, qvem admodum
olim Græcorum omnium longe disertissimus Demosthe-
nes interrogatus, qvot ad habendam Orationem necessaria
essent, tria esse respondit: primum actionem, secun-
dum actionem, tertium actionem; itidemq; exercitatissi-
mus qvidam belli Dux magno cvidam Principi ad bellum
feliciter gerendum tria affirmavit reqviri: primo pecu-
niā, secundo pecuniā, tertio pecuniā: ita, si qvis ex
me qværat, qvotnam res homini ad artes, qvæ ad animi
rationisq; culturam pertineant, perdiscendas sint neces-
sarie, primum naturant, secundum naturam, tertium
naturam esse haud dubitem affirmare. Qvod vero non
eò accipi velim, quasi nullum plane Institutionis, nul-
lamq; Exercitationis vim esse arbitrer; sed qvia sine Na-
tura fere omnem doctrinam, omnemq; exercitationem
frustra adhiberi sum perluassisimus. Et vero prudentis-
sime mihi dicere videntur, qui Naturam matri, Artem
obstetrici aut nutriculæ, Praeceptorí deniq; Exercitatio-
nem comparant. Id qvod probè intellexit Cicero, unde
in Oratione pro Archia *Ego, inquit, multos homines excel-*

lent

A 3

lenti

lenti animo atque virtute fuisse, & doctrina naturæ ipsius habitu pene divino per se ipsos & moderatos & graves extitisse fateor. Etiam illud adjungo, sepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Non eorum quidem exempla desunt, in quibus, quid doctrina & diligens exercitatio possint, non sine admiratione videntur expertæ; plura tamen illis reperiuntur, in quibus nihil plane earum vis, nihil virtus efficere valuit. Cleantes ingenio tam hebeti fuit, ut nemo illum in disciplinam recipere voluerit. Quo naturæ vitio pudefactus adolescens labores suscepit plus quam Herculeos, posteaq; non infimi subsellii Philosophus evasit. Demosthenes cura & institutione emendavit balbutientis linguae titubantiam, & primam artis suæ literam, quam prius non potuit, articulate pronunciare assuevit. Abderitis nihil fuit stupidius, & tamen Democritus Abderita diligentí cura & industria acutissimus evasit Physicus: De quo Juvenalis lib. 4. Sat. 1. recte canit:

- - cuius prudentia monstrat

Summos posse Viros & magna exempla datus

Vervecum in Patria, crassoque sub aere nasci

Quid contra Quinto Cecilio Metellono Macedonicō illustrius? cuius caput velut prudentiæ quædam officina fuit; & filium tamen ille genuit Quintum Metellum Caprarium, tam stupidī hominem ingenii, ut Scipio ei a liquando indignatus dixerit: Si quintūm pareret mater ejus asinum esse pariteram. Cui porro non est cognita memorabilis illa stupiditas, quam in Herodis Attici (tantæ erudi-

eruditio[n]is ac eloquentiæ viri , ut doctissimi qviq[ue]; si vera
sunt, qvæ de eo Philostratus tradidit, ejus frusta & particulæ
dicerentur) filio suis legimus ? qvi primas literas disce-
re nulla ratione potuit. Nam qvamvis parens ejus, ut po-
te homo ditissimus , viginti qvatuor aleret pueros, qvo-
rum qilibet literæ alicujus nomine insignitus erat , ut u-
nus Alpha, alter Beta , tertius Gamma, & sic deinceps
reliqvis Elementorum nominibus appellarenrur reliqui,
unde in servis seu collusoribus potius Alphabetum vivum
haberet adolescens stupidissimus ; vix tamen literas sibi
reddere familiares valuit. Qvis deniq[ue] nescit M. Tul-
lium Ciceronem ipsum , omnium , qvos unq[ue]m vidit
Sol eloquentissimorum prudentissimum, & prudentissi-
morum eloquentissimum ? Habebat hic filium Marcum,
qvem Athenas, ad ipsum Musarum Heliconem miserat,
ac qvem Cratippo, ejus ætatis Philosophorum principi in
disciplinam dederat, qvi etiam omni mentis contentione
in id incumbebat, ut discipulum suum Marcum eruditio-
rem Latinarum, peritiorem Græcarum literarum ac ho-
nestiorem moribus ad Ciceronem patrem remitteret.
Verum enim vero nec Cratippus , magnus ille literarum
Atlas, nec Athenæ, Musarum domicilium, nec præclara
exempla vel hilum profuerunt &
- - leva in parte mamille
Nil salit Arcadico Juveni,
spemq[ue] omnem magni Parentis, cuius vel solo aspectu
doctior fieri debuisse, elusit, frustra lætas segetes expe-
ctantis
lætem

lætum filiū quāffante legumen.

Scilicet artium & scientiarum semina qvædam, affirmante Platone, animæ ingenita esse oportet, si cognitione libero homine digna cupiat impertiri; recteque Socrates obstetrici se comparavit, in erudiendaqve juventute nullam se scientiam illi infundere; sed potius intus existentem educere se est professus. Qvod qvi negat, eum & ratio refellit, & experientia omnium rerum Magistra redarguit facilime. Nam ut plantarum semina Sol calore suo & influxu germinare facit, latentemqve naturæ vim excitat: non autem, ut fructus à natura sua alienos producant, efficere valet: ad eundem modum, qvi teneram erudiunt æstatem occultam tantum naturæ vim excitant & inflammant; nec vero omni etiam, qvâ pollut arte, omniqve contentione ac industria adhibita ex stupido eruditum reddere possunt. Nisi vero qvis surdum Musicam, mutum dicendi artem & claudum commode saltare docere præsumat. Ab asino igitur qværunt lanam, undas ex pumice, qvi è qvolibet adolescenti hominem literatum, ac ex qvovis ligno Mercurium se effecturos putant. Arbor sylvestris etiam si in optimo planetur horto, summaqve cura excolatur, nunquam tamen mitia dabit poma. Bos, qvamvis peritum habeat dominorem, ad cursum tamen aut ad bellum non valebit. Vitta videlicet, ut πολυθρύλλον habet, naturalia non pelluntur arte, nec qvicqvam agit ultra suas vires. Sunt adolescentum ingenia urnis figulinis simillima, qvarum multæ in ipsum etiam Oceanum, si simul injiciantur, aliæ tamen

men aliis citius implebuntur, avidiusqve circumfusam
aqvam imbibent. Ephorus & Theopompus eodem sunt
usi Præceptore Isocrate, iisdem certissimis artis regulis;
æthiops vero citius lavando dealbari potuisset, qvam ut
vel hic freno, vel ille calcari non indigeret. Lancea sci-
licet non fit ex thymbra, atqve aliud noctua, aliud cornix
sonat, citiusqve aliquis faciliusqve poterit Heraclito ri-
sum, aut Democrito excitare fletum, qvam aliquorum
tardidiscientiam (Gellii ut utar verbo) sic flectere, ut omni-
um votis respondeant. Stultissime igitur Parentes agunt,
qui nescio qva externa hominum literatorum specie de-
ceperunt filios suos etiam ante verum rationis usum adeoqve
indole eorum nondum satis perspecta, studiis, iisqve cer-
tis destinant & mancipant: cumqve ipsi metu hujus *irre-
vulsos* periculum facere nesciant; alios tamen vel plane,
non consulunt, vel ad judicandum ineptos consulunt,
vel (qvod pejus) rectius consulentes non audiunt. Qui
deinde, si eorum spei votisqve non satisfaciunt, plum-
beaque illa & Boeotica ingenia speratos in Studiis pro-
fectus non assequntur, velana statim illorum in Præcep-
tores intemperies acuitur, in eosqve, tanquam Tisi-
phone ipsa, cæteræqve Furiæ involant Parentes. Hinc
caperata frons, demissum supercilium, muta lingua: mu-
ta dico? imo multiloqua, ne dicam stultiloqua, qvæ a-
culeatis verbis, virulentisqve convitiis illos inseqvitur, ut
necesse sit, aut Præceptorem parum idoneum esse & pe-
ritum, aut pares in eorum liberos erudiendos labores non
impendere. Cum tamen hujuscemodi homines cogitare

B

debe-

deberent, non in Praeceptorum esse facultate possum ex
stupidis ingeniosos reddere, nisi forte eos Deucaliones &
Pyrrhas habendos putant, qui, ut est in fabulis, durissi-
ma saxa in vivos homines transmutarunt. Nec minor
quandoque Praeceptorum ipsorum est temeritas, imo im-
probitas, qui lucelli alicujus causa blandiendo Parentibus
vana eos spe lactant, ac ex quibusvis ingenii citius, quam
(ut usu trita proverbia habent) asparagi coquuntur, aut vul-
pes pirum comedunt, eruditos sese facturos temere praedicant,
cum tamen oleum & operam in illis se perdituros pla-
ne non ignorent. De quo vero alias commodior disser-
rendi locus dabitur. Hoc igitur nunc tantum dicendum
esse arbitramur, quod, si ad ullam disciplinam, scienti-
am ac artem: certe ad eloquentiam ingenium requira-
tur, & quod, cum singulis non sine laude addiscendis
singula illius dotes sufficere queant, in eo, qui boni ora-
toris nomen adipisci cupiat, omnes simul concurrere sit
necesse. Agnoverunt probè hujus rei necessitatem Auto-
res doctissimi illius libri, quem Reginæ Palatium Eloqven-
tiæ inscripserunt, unde p. 6. ita scribunt: Sane jucundum
est animadvertere unumquodque genus artis singularem quandam
virtutem ingenii sibi vendicare, ut in eo nomen consequatur; at
in oratore longe aliter accidit. Nam omnes ingenii virtutes con-
summata dicendi facultas exhaustur. Et paulo post: In Orato-
re uno, quæ singillatim insunt in aliis necesse est universa reperiri,
prudentiam eximiam, felicissimam memoriam, celeritatem phan-
tasiae acrem ac fœcundam, vim denique mentis robustam, inci-
tatem ac pene divinam. Quod idem gravissimo testimo-
nio

nio suo Masenius in Palæstra Oratoria p. 3. confirmat, ubi
naturam inquit, largiri ad eloquentiam nulli possum. Huma-
narum illud virium non est, sed artificis increati. Qui tardam
ad intelligendum mentem, fluxam memoriam, judicium imbecille,
vocem horridam, cespitanem lingvam, latera imbecillia, nascen-
do sortitus est, frustra ad eloquentiam erudiendo perpolietur. Ex
omni ligno Mercurius non formatur. Excitandæ igitur in
qvibus inveniuntur, hæ ingenii virtutes sunt, ac mature ex-
ercendæ, ne turpi desidia marcescant ac elangescant.
Cui rei, qvemadmodum adhuc privatim: ita nunc pu-
blice operam dare constituerunt aliquot non plane nullo
ingenio prædicti, probi, seduli ac modesti adolescentes
atqve juvenes, disciplinæ nostri alumni, qvorum qvilibet
ex Ethnico Scriptore sententiam ad piam & honestam
vitam lectandam; ad impiam vero & inhonestam fugien-
dam adhortantem sibi elegit & ad modum à Rhetoribus
præscriptum pertractavit. Ac primus qvidem JACOB
ALLERS Prologi fungens vice, qvantam Ethnici olim in
vita recte instituenda diligentiam collocarint demonstra-
bit, deinde Committones, ut qvilibet sententiam ab
Ethnico prolatam in medium afferat adhortatus à Do-
minis Audit: silentium ac attentionem efflagitabit. Se-
cundus MATTHIAS JOACHIMUS SOMMER di-
ctum Senecæ Epist. 10. Sic vive cum hominibus, tan-
quam Deus videat, pertractabit. Tertius HENRICUS
WILHELMUS WESTING illud Apollonii Thyanæi,
qvô apud Alex. ab Alex. à Diis postulat: nosse bonos, vi-
tare malos, proponet. Quartus GEORGIVS NICO-
LAUS

LAUS EGGER'S Monitum Horatii lib. 1. Epist. 1. Sperne
voluptates , nocet emta dolore voluptas , secum expendet.
Qvintus GOTTOFREDUS WILHELMUS VVARN-
CKE gnomen Valerii Maximi : Melius injuriæ bene-
ficiis vincuntur , qvàm mutui odii pertinacia pensantur jux-
ta Rhetorum Præcepta deducet , Sextus denique PE-
TER PETERSEN Sententiam Cic. lib. 2. off. : *Quanto
superiores sumus , tanto nos submissius geramus , paucis explica-
bit , Epilogumqve simul addet . Tertius autem Quartus &
Qvintus hinc dicessuri Patronis ac Evergetis suis , qvas
debent , gratias agent atqve valedicent.*

Vos igitur Viri hujus Civitatis omnium Ordinum Honora-
tissimi , Patroni , Fautores & Amici , ea , qva par est , sub-
missione , vehementer rogito , velitis hunc Actum fre-
quenti vestra præsentia ornare , atqve approbatione ve-
stra reliqvorum industriam ac diligentiam accendere .
Nobis nihil antiquius erit , qvàm ut hunc , qvô nos di-
gnabimini , favorem , grato semper animo non tantum
teneamus , sed etiam qvacunqve oblata occasione offi-
ciis nostris pensemus .



00 A 6277 (1/40)



TA-OL

wpn8

Rebco ✓

כברות תַּעֲמִיד
GRAMMA,

n qvo
de
& Ingenio
, simulq; ad
actum

NASMATICO-
O-VALEDI-
RIUM,

atque spei Adolescentes:
OMMER, Wilstria-Holsatus.
ERS, Lunæb.
no-Holsatus.

IS WARNCKE, Lunæb.
ESTING, Lunæburgensis.
urg.

tis horis in superiori
o habebunt,
Ordinum hujus Civitatis

LORATISSIMOS
ONOS, FAUTORES,

AMICOS,
sione ac humanitate

avitat

qvaest ad Div. Joh. Rector.

S JOHANNIS STERNII.